



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1707

Q. 123. An Superior possit propria vota irritare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42515

è contrà dispensatio est ablato obligationis facu nomine alieno, scilicet Dei, qui potestatem Jurisdictionis dat quibusdam in Ecclesia ad tollendam, ubi causa est, voti obligationē, *Sanch. L. 4. c. 24. n. 14.*

484 Q. 122. *An Papa vel alii Prælati Ecclesia possint directè irritare Vota Christianorum.* R. Aliqui affirmant, quia Vota subditorum semper imbibunt hanc conditionem: *Si Superior consenserit, seu non contradixerit,* Papa autem est Superior Christianorum & Episcopus Diœcesanorum. Oppositum tenent *S. Thomas* aliique communiter cum *Sanch. num. 17. & Castrop. D. 2. P. 2. n. 2.* quia non constat illis à Christo datam esse potestatē dominativam, neque hæc necessaria fuit ad Ecclesiæ gubernationem, satis enim erat, quod haberent Jurisdictionem, & possent vota dispensare vel commutare, aut eorum executionem impedire per potestatē præceptivam, aut saltem valorem Votorum impedire, antequam fierent; unde illa conditio, *si Papa consenserit,* tantum significat, si non sustulerit obligationem, dispensando, prohibendo executionem, antecedenter impediendo: Potest tamen Papa directè irritare Vota, quæ Religiosi post vota sua substantialia emitunt, quia vi Voti Obedientiæ acquiritur Papæ potestas dominativa in voluntatem eorum.

485 Q. 123. *An Superior possit propria Vota irritare.* R. Nec potest irritare, nec alteri committere, ut irritet, ita *Sanch. num. 60. Castrop. n. 5.* Ratio est, quia nemo potest votum emittere sub conditione sui consensus, hæc enim conditio destruit obligationem voti, quæ stricta esse debet, potestas autem irritandi fundatur in eo, quod votum includat conditionem, si Superior consenserit. Nec obstat, quod quis dispensare possit secum, secundum dicta

Lib. I.

Lib. I. num. 799 : *Quia potestas dispensandi nititur Jurisdictione, quam Deus concessit Superioribus etiam respectu suī, non quidem coactivam vel contentiosam, sed tantum voluntariam & gratuitam ; neque requiritur distinctio personæ dispensantis & dispensatæ, nam dispensatio non est actus judicialis, sed tantum Jurisdictionis voluntariæ, in qua aliquis potest sustinere plures personas, uti habet communis cum Corarr. Suar. Bonac. Sal. Sanch. Fill. T. 21. n. 441. Laym. L. 1. T. 4. c. 22. n. 31. Tambur. L. 3. c. 16. §. 4. n. 6. Addit Illsung T. 1. D. 2. n. 49.* saltem sufficere distinctionem, quæ est inter dispensatum & Principalem dispensantem, qui est alius Superior vel Ecclesia vel DEUS conferens ei Jurisdictionem.

Q. 124. *Quid præterea sit addendum ad melius intelligendam naturam irritationis.* R. Seqq.

§. 1. *Vota merè interna irritari possunt, quia ad irritationem plus non requiritur, quam negatio consensū illius, cuius dominio subjet voluntas voventis, Illsung T. 5. n. 129.*

§. 2. *Licet requiratur, ut commutans vel dispensans Vota, hæc cognoscat speciatim, non tamen est necesse, ut irritans ita cognoscat, sed potest in genere tollere omnia per solum suum disensem, Tamb. §. 3. n. 1. Neque etiam requiritur, ut qui votit, id resciat aut consentiat, sed votum irritari potest ipso invito, Castrop. Tambur. num. 13. Illsung num. 140.*

§. 3. *Vota ab impubere emissa tam realia quam personalia potest Pater semper irritare: Tutor tantum ad annos pubertatis : Curator tantum ad annum majoratus five 25. completum pupilli necdum emancipati, nam tantum ad illud tempus substituuntur loco Patris, Sanch. Lesf. Laym.*